

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10



- | | | |
|-----|-------------|---|
| 1. | Frisch | Dissertationes selectae XV. in hac forma
<small>nam titulus est de specificis.</small> |
| 2. | Carpzov | Asylum generale debitorum. |
| 3. | Carpzov | Arboris consanguinitatis usus. |
| 4. | Beier | De Bequinabus. |
| 5. | Hresf | - religione Judicantium Capriniana. |
| 6. | Thesinger | Dissertationes juris miscellaneae. |
| 7. | Engelbrecht | De jure et ejus origine. |
| 8. | Engelbrecht | - Societatibus. |
| 9. | Struo | - Vindicta privata, edificis priva-
tis & annona. |
| 10. | Stevoyt | - equitate retorsionis injuriarum. |

J

L208,

6
Q. D. B. V.
Assertiones Juridicæ
Miscellaneæ

Quas
Divinâ favente Clementiâ

Ex

Magnifici Jurisconsultorum in Illustri
Julia Ordinis benevolo indultu
Publicæ Eruditorum ventilationi sistunt

P R Æ S E S

DIE TERICUS  hesingh


Oldenburgensis

ET RESPONDENS

Johann. Ludolph Kopman /

Hildesienfis.

Ad diem XXIII. Januarii.



HELMESTADII,

Typis JACOBI MÜLLERI, ANNO 1677.

2027
Aktionen Judica

Miscellanea

Divina favore Clementia

Magnifici Jurisconsultorum in Illustri

Palatio Ordinis benedicti indolui
Publico Auditorio cum rationi fiant

DIE FERDINANDUS


Oldenburgensis

ET RESERVANDUS

Johann. Ludolphus (Johann)

Hildesensis

Ad aerae xiiii. Januarii



HELMSTADT

Typis Jacobi Mülleri, Anno 1717





*In nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia
consilia omnesque actus semper progredimur l.
2. Cod. de Offic. Praefect. Praetor. Afric.*

TH. I.

Nvecta & illata in praedium urbanum
tacito pignoris jure tenentur, licet in-
quilinus ea de re expressè non convene-
rit, cum res non ex conventionem, sed ex
eo, quòd inducta est, obligetur: In rusticis verò
praediis contra observatur l. 4. ff. in quibus caus. pign.

II.

Mulier in dote praefertur omnibus creditori-
bus mariti anterioribus, sive tacitam sive expres-
sam hypothecam habentibus.

III.

A Quibusdam tamen non immerito dubita-
tur: an justum sit, ut is, qui posteriorem hypothe-
cam publicam accepit, praeferrì possit creditori-
bus anteriorem hypothecam habentibus, cum
hoc modo illorum juri jam tum quaesito dero-
getur quod ne Princeps quidem alicui absq; cau-
sa auferre potest.

IV.

Creditor hypothecarius contra tertium possessorem probare debet rem hypothecatam fuisse tempore obligationis in bonis debitoris. *per l. 15. §. 1. ff. de pignor.*

V.

Sub generali omnium bonorum obligatione continentur etiam bona Emphyteutica.

VI.

Venditor in causa Eviictionis ad tria tenetur Emtori I ad defensionem, factâ ipsi prius denunciatione. *l. 74. §. 2. ff. de Eviict. 2.* Ad restitutionem pretii re evictâ. *l. 43. ff. de act. Emti venditi. l. 70. ff. de Eviict. 3.* Ad id quod interest rem non esse evictam. *l. 60. §. l. 70. ff. de Eviict.*

VII.

In contractu emtionis venditionis cum pacto de retrovendendo licet venditori competat facultas reluendi, tamen in certis casibus & Emtori illa potest competere. Reform. Politica de Anno 1548. Tit. von Wucherlichen Contracten & de Anno 1577. tit. 17. R. I. de Anno 1660. §. ferner ist bis anhero / fol. 847.

VIII.

Qui occasionem præstat damnum fecisse videtur. *l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil.*

Res

IX.

Res sub conditione legata interim ad hæredem spectat, & venit in iudicium familiæ herciscundæ l. 12. §. 2. ff. famil. hercisc.

X.

Septem sunt causæ restitutionis in integrum
1. Dolus. 2. Metus. 3. Ætas. 4. Capitis minutio.
5. Absentia iusta. 6. Error. 7. Alienatio iudicii mutandi causa facta.

XI.

Minor viginti quinque annis non solum ob enormem sed etiam ob modicam læsionem, modo non fuerit nimis modica, illam siquidem non curat Prætor, in integrum restituendus.

XII.

Minor viginti quinque annis licet jurisperitus ex contractu læsus in integrum restituendus.

XIII.

Minores septem annis sponsalia contrahere non possunt.

XIV.

Sponsalia propter absentiam sponsi non dissolvuntur, sed expectandus sponsus per triennium si in alia provincia degat; si in eadem per biennium; si vero iustum impedimentum illum abesse cogat, donec impedimentum cesset; Quam-

vis & hic moribus aut consuetudinibus regionis
aliquid concedendum.

XV.

Matrimonium eâ lege contrahi non potest, ut
saltem intentionaliter non intercedat copula
carnalis.

XVI.

Siquis dixerit: non habebō aliam nisi te uxorem: nec sponsalia nec matrimonium contraxisse videtur.

XVII.

Maritus ordinariè expellere uxorem, si dos promissa ipsi non solvatur, non potest.

XVIII.

Dos à patre profecta, filiâ defunctâ, ad patrem redire debet. *l. 6. ff. de jur. dot.*

XIX.

De jure civili fidejussores dotium reprobati sunt, partim ob cautionis fragilitatem, partim ob evitandam occasionem perfidiæ inter virum & uxorem, per *l. 66. §. 1. ff. ad Sc. Trebell. l. 2. C. ne fidejuss. dot. dentur.*

XX.

Jurare oportet, eo modo quo delatum est juramentum *l. 3. §. 4. ff. de jurejurando.*

Non

XXI.

Non omne juramentum delatum referri potest *l. 17. pr. ff. eod.*

XXII.

Si quis, sciens se non debere, solvit, cessat repetitio indebiti & condictio ei non competit. Indebitum autem solutum accipimus, non solum, si omnino non debeatur, sed & si per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat: quare & hoc repeti potest, nisi sciens se exceptione tutum, solvat. *l. 1. §. 1. C. l. 26. §. 3. ff. de condict. indeb.*

XXIII.

Imo si sciens indebitum animo repetendi dedit, repetere non potest. *l. 50. ff. eod.*

XXIV.

Debitor qui se soluturum juravit, nihilominus compensationem objicere potest.

XXV.

Quodcunque per exceptionem perimi potest in compensationem non venit. *l. 14. ff. de Compens.*

XXVI.

Res levandæ navis causa in mare projectæ, non habentur pro derelictis, & ideo ab inventore possunt auferri. *l. 8. ff. ad I. Rhod. de jactu. Adde l. 7. ff. pro derelicto ut C. l. 58. ff. acquir. rerum domini.*

Res

XXVII.

Res pro derelicto habita non fit alterius, priusquam possessa fuerit. *l. 2. §. 1. ff. eod.*

XXVIII.

Quamvis Sctum Macedonianum intelligendū sit de pecunia mutuo data; tamen si in fraudem Scti frumentum, vinum vel oleum mutuo datur & filius distractis istis fructibus utatur, ei subveniendum est. *l. 7. §. 3. ff. ad Sctum Macedon.*

XXIX.

Quamvis lex Imperii solennibus juris Imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium est imperii, quàm legibus vivere.

XXX.

Verba leg. 8. Cod. judic. *Placuit in omnibus rebus potiolem esse equitatis, quàm stricti juris rationem, generaliter intelligi non debent.*

XXXI.

Posseffor ab initio bonam fidem habens, postea verò dubitans, an res sua sit vel aliena, nihilominus præscribere potest.

XXXII.

Mala fides auctoris nocet successori universali, quominus usucapere possit rem alienam.

XXXIII.

In omni contractu, si mutuo partium consensu con-

su conventum fuerit, ut scriptura ac instrumentum de eo conficiatur, locus est poenitentiae, ante confectum instrumentum.

XXXIV.

Testamentum parentum inter liberos validum est, etiamsi nulli sint adhibiti testes, nisi personis extraneis aliquid reliquerit, vel legaverit. *Novell. 107. c. 1.*

XXXV.

Mirum videtur, quod filiusfamilias, in potestate constitutus, ne quidem ex permissione patris testari. *l. 6. pr. ff. de Testam.* bene tamen patre permittente mortis causa donare possit. *l. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat.*

XXXVI.

Quando legatum adhiberi nequit ad usum à legatario destinatum, tum in alium usum poterit impendi. *l. 16. ff. de Usu & Usufr. leg.*

XXXVII.

Non videtur simpliciter verum quod Ulpianus ait: Inter patrem & filium contrahi Emptionem non posse. *l. 2. ff. de contrah. Emt.*

XXXVIII.

Inter *l. 16. & l. 61. ff. de contrah. Emt.* non est pugna.

B

Lex

XXXIX.

Lex Commissoria in pignore non habet locum.

XL.

Inter *l. 9. §. 4. Et l. 19. ff. locat. cond.* non videtur antinomia.

XLI.

Conductio facta uno nummo est nulla. *l. 46. ff. eod. l. 10. in fin. ff. de acqu. vel amitt. poss.*

XLII.

Quod ad jura renunciata non detur regressus, recipit limitationem. *l. 14. §. 2. ff. de Aedilit. Edict.*

XLIII.

Qui nomen vendidit, quale sit, verum, sed non bonum præstare tenetur, quamvis tamen & dolum præstare cogitur. *l. 74. ff. de Evict.*

XLIV.

Prætor non potest cogere tutorem ut pupillo suo fiat autor. *l. 17. de Autor. Et consens. Tutor.*

XLV.

Tutor, qui ab initio se creditorem vel debitorem pupilli dissimulavit, & tutelæ administrationem suscepit, si creditor est, actionem
nem

nem perdit; Si debitor, debiti solutione non
juvabitur *Novell. 72. c. 4.*

XLVI.

Fideicommissum, licet sit res restitutioni
obnoxia, tamen in casu necessitatis alienari
potest. *per l. 114. §. 14. ff. de leg. 1. & l. 38. §. 4. ff.
de leg. 3.*

XLVII.

Usufructuarius opus novum suo nomine
nunciare non potest. *l. 1. §. 20. ff. de Nov. oper.
nunciat.*

XLVIII.

Usufructuarius omnium bonorum æs alie-
num solvere non tenetur.

XLIX.

Usufructuarius satisdare vel fidejussori-
bus vel pignoribus non valens, ad juratoriam
cautionem se offerendo usumfructum vin-
dicare non potest; sed proprietarius bona,
quorum ususfructus legatus est, jure retinet,
ita tamen, ut fructuario de certa fructuum
vel pecuniæ quantitate, annuatim præstanda,
idoneè caveat.

L.

Paterfamilias etiam absque decreto bona

B 2

fili

filiū adventitiā ob æs alienum alienare potest.

LII.

Emphyteuta jus emphyteuticum, irrequisito Domini consensu, exceptis quibusdam casibus in alium transferre non potest.

LIII.

Fratrum filii soli succedunt patruo defuncto non instirpes, sed in capita *per R. I. Spirens. de Anno 1529. fol. 214.*

LIV.

Hæres inventarium conficiens non tenetur Creditoribus defuncti ultra vires hæreditatis, omissa vero inventarii confectione in solidum tenetur.

LIV.

Hæres, qui inventarium confecit damnnum ex interitu rerum hæreditariarum sentire non debet.

LVI.

Ad furtum requiritur animus & intentio lucrandi. *l. 1. §. 3. ff. de furtis.*

LVI.

Magnum est discrimen inter dominium & possessionem, quod ostendunt *l. 11. ff. de liber & posth. hæred. instit. l. 23. pr. l. 25. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 3. C. de Interd.*

Pro-

LVII.

Prohibitus in mari piscari prohibentem
potest injuriarum judicio convenire *l. 13. §. 7.
ff. de injur. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ.*

LVIII.

Judex de reorum defensione sollicitus ef-
se debet. *per l. 19. ff. de pœnis.*

LIX.

In universali societate omnium bonorum,
quæ unus ex sociis filix in dotem dat, vel fi-
lio in studia & ad honores adipiscendos ero-
gat, ex communibus bonis sunt solvenda, nec
finita societate illi, cujus liberis sunt erogata,
detrahuntur.

LX.

Socius, in quibusdam rebus ad societatem
spectantibus, negligenter versatus, in aliis ve-
ro societati suâ industriâ magnum incremen-
tum afferens, non potest uti compensatione
lucris cum damno: Diligentia enim quam ex
debito quis præstare tenetur, cum negligen-
tia, quam contra promissum committit, com-
pensari non potest.

LXI.

Inter §. 16. *Institut. de Excus. Et l. 1. §. 1. ff. quand. appell. sit. non datur pugna.*

LXII.

Qui post vigesimum quintum ætatis annum ea, quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem eorum postulant. *l. 2. C. si maj. fact. rat. habuerit.*

LXIII.

Fidejussor, qui in majorem summam se obligavit, quam debet reus principalis, omnino non tenetur, ne quidem ad quantitatem debitam.

LXIV.

Exceptio excussionis etiam opponi potest in processu summario, quando causa ex æquo & bono, veluti inter mercatores & coram arbitratore fieri solet, tractatur, & sine strepitu & figura judicii, solâ facti veritate inspecta, judicatur.

LXV.

Quando res duobus in solidum vendita est, is, cui prior tradita est in detinendo dominio est potior. *l. 15. C. de R. V.*

A qui-

LXVI.

A quibusdam dubitatur, An justum sit ex alterius contractu neminem obligari. *uti vult l. 3. C. ne uxor pro marito.*

LXVII.

Licet nemo privata annotatione sibi constituere possit debitorem. *l. 5. § 7. C. de Probat. l. 5. C. de conveniend. Fisc. debitor.* tamen libri mercatorum, debitis requisitis instructi, ex consuetudine Germaniæ, semiplenam faciunt probationem de eis, quæ ibi annotata sunt.

LXVIII.

Per amissionem instrumenti non statim sublatum est debitum *l. 22. C. de fid. Instrum.*

LXIX.

Lex diffamari & actio injuriarum non possunt cumulari.

LXX.

Ex matrimonio post mortem filii contracto nepotes ex filio recte legitimantur.

FINIS.

LXVI
A quibusdam dicitur, An iustum sit ex
altera contractu nomen obligari. ut casu

LXVII
Licet de negotiis sit con-

tractus solite debitorum. L. C. de re-
f. de re. de contractibus. de re. de re. de re.
interceptorum, debent repudiari iustitiam ex
consequenter. Contractus, remissionem facti
huius probationem de eis, hoc in contractibus
An.

LXVIII
De actionibus et remissionem non factam


LXIX
Lex dicitur de honorarium non

LXX
Potest conulari

LXXI
Examinatio post mortem in contractibus
Contractus et ibi dicitur de contractibus

FINIS





99 A 6953


ULB Halle 3
002 919 524




VD 17

Rhön







Farbkarte #13

B.I.G.

D. B. V.
nes Juridicae
ellanea

Quas
vente Clementiâ
Ex
consultorum in Illustri
is benevolo indultu
rum ventilationi sistunt
RÆSES

ICUS *S*hesingh

lenburgensis
SPONDENS
udolph Kopman/
ildesimensis.
XXIII. Januarii.

(*)
MESTADII,
MÜLLERI, ANNO 1677.

